

Nota de «Ephemerides Carmelitae»
acerca del libro del P. Miguel de la
Pinta Llorente «Estudio y Polémicas
sobre Fr. Luis de León»

NÚMERO IX. 1958. ROMA

Hic liber Patris La Pinta, ut iam inde a titulo adumbratur, nihil aliud quam collectio studiorum quae ab auctore de quo agunt, videlicet *fray Luis de León*, unitatem thematis sibi vindicant.

Optimum quidem consilium omnia haec studia unico volumine coadunare; omnia enim figurae F. Luis de León qua hominis, qua scriptoris, qua magistri ab Inquisitione hispana et persecutionem passi et in carcere detrusi, extollendae concurrunt.

Themata, quae in libro evolvuntur, sequentia: 1. Autores y problemas literarios en torno a Fr. Luis de León (Controversias y valoraciones), pp. 13-56; 2. Correspondencias inquisitoriales sobre Fr. Luis de León, pp. 57-113; 3. Fr. Luis de León en las cárceles inquisitoriales, pp. 115-149; 4. Contribuciones eruditas modernas sobre Fr. Luis de León y autógrafos del poeta agustino, pp. 151-184; 5. En torno al proceso de Fray Luis de León y al Renacimiento hispánico (contestando al P. Beltrán de Heredia), pp. 185-215; 6. Nuevos comentarios sobre unas «Notas críticas» del P. Beltrán de Heredia, pp. 218-235; 7. Los restos mortales de Fr. Luis de León, pp. 237-257.

Quodvis horum capitum legenti obversantur notitiae maximi momenti, notitiae *primae manus* quae vitam eximii magistri salmanticensis illustrant, quique, abs dubio, ut unus ex summis ingeniis saeculi aurei hispani iure merito habendus est.

Notandum speciatim caput dicatum vulgate contentio- ni auctoris cum P. Beltrán de Heredia circa Processum contra Fr. Luis de León et interpretationem Aetatis Renatae hispanae. In hac contentione propositum obiectivitatis, ut dicitur, conservandae in diiudicandis documentis et sensus benevolentiae tenendae erga quemlibet contrarium sustinentem, iterum atque iterum proclamatur. At, modus et ratio disputandis praefatis protestationibus non plene respondet. Etsi ab illa aliquae expressiones duritiem sapientes, mordacitas ironiae comes, congressio in discutiendo nimium personalis... raderentur, nihil valeris scientifici demeretur ab ea, sereniorque discussio evaderet. Substantiam contentionis disseminationisque ingredi esset in me pura et putida praeceptio, cum agatur de investigatoribus notae peritiaque qui et argumento omni opere et opera, longo annorum decursu, studuere.

Si iuditium ex documentis hucusque publici juris factus promere licet, sententia Patris De la Pinta securior est, et erit, quia fulcitur veritate, et veritas tandem aliquando victoriam reportabit. Processus contra Fr. Luis de León et alios cultores linguae hebraicae in Universitate Salmantina excusatione caret in sua origine nec unquam eam inveniet estque infamis ex modo quo evolutus fuit. Foscati posset quis, magno sane labore, bonam intentionem declarorum patefacere eosque illa via subiective excusare..., at, processus in se ipso considerandus in iis factis seu rebus quae licet a circunstantiis «explicari» possint nullo unquam modo excusabuntur.

Si quis, sine ira et studio, documentum autographum editum a Patre De la Pinta (pp. 178-179), ubi recensentur quaedam ex accusationibus de quibus Fr. Luis de León

ab inimicis criminabantur, percurrat, in animo eius et admiratio et tristitia profecto ingenerabuntur. Inurere, exempli causa, nota erroris propositiones quae sequuntur: «que los escriuientes an puesto en la Biblia latina vnas palabras por otras en algunos lugares...»; «que algunos testimonios que citan los concilios y Papas no se hallan en la Vulgata en aquella forma misma...»; «que algunos de los libros que escrivieron los prophetas no se hallan agora...», unam explanationem invenient, illam nempe quam ipse Fr. Luis suppeditabat scribens: «por lo qual digo que es notorio que el dicho censor o censores, o son enemigos míos, o son muy ignorantes, o son hombres sospechosos en la fe y herejes». (*ibid.*) Patrem Medinam admississe ut materiam delationis contra magistros salmantenses propositionis illi patefactas a bacalaureo Alarcón, perridiculo «mystico» qui et scandalum quod patitur tribuit zelo gloriae Dei loco illud tribuendi propriae ignorantiae vel absentiae acuminis, non certe in laudem Patris Medina vertitur.

«La delación de los hebraistas salmantinos constituirá siempre ante la historia la vergüenza de Bartolomé de Medina» (pág. 214). Hoc durissimum iuditium Patris De la Pinta suo valore non minuetur, ut puto, dum suum valorem retineant documenta hucusque nota et dum verum exsistat illud ab ipso P. Getino assertum: «Medina, desde luego, fue mirado como el caudillo de la oposición». (*ibid.*)

«Tandem, quod ad me attinet, quaestio talis tantique processus archiviis semel pro semper amandetur mallem, simpliciter asserendo ipsum fuisse unum ex gravissimis erroribus in quos, me miserunt, tribunalia humana interdum deveniunt».